Fragmentarium

filii ieth. filii ierſom. filii leui. filii autem
merari. fratres eorum ad ſiniſtram. ethan filius
cuſi. filii abdi. filii maloch. filii a
ſabie. filii amaſie. filii helchie. filii a
maſi. filii bonni. filii ſomer. filii mooli
filii muſi. filii merari. filii leui. fratres
quoque eorum leuite. qui ordinati ſunt in
cultum miniſterii tabernaculi domus
domini. Aaron uero et filii eius adole
bant incenſum ſuper altare holocauſti.
et ſuper altare thimiamatis in omne
opus ſancti ſanctorum. et ut precarentur pro iſrael
iuxta omnia que precepit moyſes ſer
uus dei. Hi ſunt autem filii aaron. ele
aſar filius eius. finees filius eius. abiſue
filius eius. bocci filius eius. ozi filius eius
zaraia filius eius. meraioth filius eius.
amaria filius eius. achitob filius eius.
et hec habitacula eorum per uicos atque
confinia filiorum ſcilicet aaron. iuxta cog
nationes caathitarum. ipſis enim ſorte
contigerant. Dederunt igitur eis ebron
in terra iuda. et ſuburbana eius per circu
itum. agros autem ciuitatis et uillas.
caleph filio iefone. Porro filiis aaron de
derunt ciuitates ad confugiendum ebron
et lobna et ſuburbana eius. Iether quoque
et eſtmo cum ſuburbanis eius. ſed et he
lom. et dabir. cum ſuburbanis ſuis.
Aſan quoque et bethſamis. et ſuburbana
eorum. De tribu autem beniamin. gabee
et ſuburbana eius. et almat cum ſubur
banis ſuis. ~~anathot quoque~~ cum ſuburba
nis ſuis. Omnes ciuitates .xiii. per cognati
ones ſuas. filii autem caath reſiduis de
cognatione ſua dederunt ex dimidia
tribu manaſſe in poſſeſſionem urbes
decem. Porro filiis gerſon per cognati
ones ſuas de tribu iſachar. et de tribu
aſer. et de tribu neptali. et de manaſſe
urbes .xiii. Filiis autem merari per
cognationes ſuas. de tribu ruben. et
de tribu gad. et de tribu zabulon.
dederunt ſorte ciuitates duodecim.
Dederunt quoque filii iſrael leuitis ciui
tates et ſuburbana earum. dederuntque
per ſortem ex tribu filiorum iuda. et ex
tribu ~~filiorum~~ filiorum manaſſe. et ex tribu
filiorum beniamin urbes has quas uoca
uerunt nominibus ſuis. et his qui erant
ex cognatione filiorum caath. fueruntque
ciuitates in terminis eorum de tribu efra
im. Dederunt ergo eis urbes ad confu
giendum ſichem cum ſuburbanis
ſuis. in monte efraim. et gazer cum ſub
urbanis ſuis. hicmaam quoque cum
ſuburbanis ſuis. et bethoron ſimiliter
nec non et helon cum ſuburbanis ſuis.
et gethremmon in eundem modum.
Porro ex dimidia tribu manaſſe aner
et ſuburbana eius. balaam. et ſubur
bana illius. his uidelicet qui de cog
natione filiorum caath reliqui erant.
Filiis autem gerſon de cognatione tri
bus manaſſe. gaulon in baſan. et ſub
urbana eius. et aſtaroth cum ſubur
banis ſuis. De tribu iſachar cedes et
ſuburbana eius. et de berith cum
ſuburbanis ſuis. De tribu aſer in
aſal cum ſuburbanis ſuis. et ~~aſer~~ abdon ſi
militer. Aſac quoque et ſuburbana
eius. et roob cum ſuburbanis ſuis.
Porro de tribu neptali cedes in galilea
et ſuburbana eius. Amon cum ſub
urbanis ſuis. et cariathaim. et ſub
urbana eius. Filiis autem merari re
ſiduis de tribu zabulon. remono et
ſuburbana eius. et thabor cum ſub
urbanis ſuis. Tranſiordanem quoque
ex aduerſo iericho contra orientem.

License: public_domain – Leuven, Archief van de Abdij van Park, VIIIB20/99, Fol. [1]r – Bible
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-cczf/6737/56582)